

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio ah  
cum fonte primo

Hec

dicentibus erubescenda essent,  
si a facientibus presumpta non fuissent.  
Sed nescit aliquando impudencia erubescere ←  
nisi fuerit manifeste confusa.  
Nunc autem sustineat in audiendo uerecundiam  
qui noluit in faciendo habere disciplinam.

Hec Hugo de sancto Victore de disciplina  
monachorum.

Haec,

sicut supra diximus,  
dicentibus erubescenda fuerant,  
si a facientibus praesumpta non fuissent.

Nunc autem sustineat in audiendo uerecundiam,  
qui noluit in faciendo habere disciplinam.

Hugo de sancto Victore, *De institutione  
nouitiorum*, 21 (PL 176, col.952A).

→ Plus justo fortassis ista dicentes,  
uerecundiae obliti sumus,  
sed nescit aliquando impudencia erubescere,  
nisi fuerit manifeste confusa.

Hugo de sancto Victore, *De institutione  
nouitiorum*, 18 (PL 176, col.949D).